

ab Alexa rege. Occurrendum est igitur, ut haec refutentur. Et in ipsa propositione ... insigniter facta est, quod his verbis ingredi coeperit:

Debent esse modestissima, quoniam quidem ^{Frgm.}
5 est hoc summi imperii nosmet ipsos de nostris ^{IV}
rebus iudicare,

nam vult orator intellegi paene inpudenter senatum de causa sua iudicare voluisse, cum sit naturale, ut unusquisque non possit aequitatem tueri de lucro suo
10 potissimum cogitans, quod plerumque conitatur etiam cum improbitate deoscere.

Qui ex hereditate tanta unum solum nomen ^{Frgm.}
agnoverimus. ^V

Cito rapuit pro se argumentum iudicasse quodam-
15 modo ...

(Desunt XII paginae.)

... ut bellum gerendum esse censeret, qui mentionem pecuniae fecerat.

Sic est iusta causa belli, sicuti Crassus com- ^{Frgm.}
20 memoravit cum Iugurtha fuisse. ^{VI}

Notissimum est Micipsa rege Numidiae mortuo trifariam inter Atherbalem et Hiempsalem et Iugurtham regnum esse divisum. Quos tamen duos idem Iugurtha partim vi partim vero insidiis interfecit. Haec illi fuit
25 causa praecipua bellum gerendi adversus populum R. Qui tamen post multos imperatores graviter adfectos ad extremum C. Mario imperatore superatus est.

Non patiar hanc exaudiri vocem huius im- ^{Frgm.}
perii: 'Ego te, nisi das aliquid, hostem, si quid ^{VII}
30 dederis, socium et amicum iudicabo.'

Ad tuendam rationem pudoris exsequitur non decere populum R. has potestates regias nundinari, ut obiecta